

Cambridge University Press

978-1-108-04311-3 - Annales Monastici: Volume 1: Annales de Margan (A.D. 1066-1232)

Annales de Theokesberia (A.D. 1066-1263) Annales de Burton (A.D. 1004-1263)

Edited by Henry Richards Luard

Excerpt

[More information](#)

ANNALIS DE MARGAN

SIVE

CHRONICA ABBREVIATA

A TEMPORE SANCTI EDWARDI, REGIS ULTIMI  
DE PROGENIE ANGLORUM.

FROM

MS. TRIN. COLL. CANT. O. 2. 4.

6264.

A

Cambridge University Press

978-1-108-04311-3 - Annales Monastici: Volume 1: Annales de Margan (A.D. 1066-1232)

Annales de Theokesberia (A.D. 1066-1263) Annales de Burton (A.D. 1004-1263)

Edited by Henry Richards Luard

Excerpt

[More information](#)

---

Cambridge University Press

978-1-108-04311-3 - Annales Monastici: Volume 1: Annales de Margan (A.D. 1066-1232)

Annales de Theokesberia (A.D. 1066-1263) Annales de Burton (A.D. 1004-1263)

Edited by Henry Richards Luard

Excerpt

[More information](#)

## ANNALES DE MARGAN.

MLXVI Anno ab Incarnatione Domini cometa appa- p. 1.  
ruit. Obiit sanctus rex Edwardus, vir simplex et A.D. 1066.  
rectus, acceptus tam Deo quam hominibus: regnavit Death of  
autem in summa pace et gloria fere XXIV. annis. Edward the  
Monasterium Sancto Petro construxit ad occidentalem Confessor.  
plagam urbis Londoniæ, in quo gloriose requiescit.  
Et quia virgo decessit, regia stirpe fere toto a Danis  
deleta qui regnum prius occupaverant, Alfredo quoque  
fratre suo a comite Godwino extincto, cum potio-  
rem hæredem non haberet, Willelmo duci Normannorum  
consobrino suo, regnum Angliæ testamento tradidit.

Eodem anno, idem Willelmus cum Normannis in Battle of  
Angliam veniens, victo et occiso rege Haraldo, gravi Hastings.  
prælio apud Hastings die Sancti Calixti, qui regnum Oct. 14.  
indebite cum perjurio invaserat, quique ante paucos Coronation  
dies infelicis pugnæ illius, regem Norwagiæ Haraldum of William.  
et Tostium comitem Nordanhimbrorum fratrem suum,  
contra se venientes, bello prostraverat et occiderat,  
totius insulæ imperium obtinuit, et solemniter die  
Natalis Domini apud Westmonasterium coronatus est.  
Iste nobile cœnobium Sancto Martino fecit, quod ab  
eventu belli ibi commissi, de Bello nominavit.

MLXIX. Fuit bellum in Bleoduna, et ædificatum est Battle at  
castellum Gwent a rege Willelmo primo. Blaydon  
on Tyne.

MLXX. Obiit Edwinus dux Nordanhimbrorum. Death of  
Edwin.

Cambridge University Press

978-1-108-04311-3 - Annales Monastici: Volume 1: Annales de Margan (A.D. 1066-1232)

Annales de Theokesberia (A.D. 1066-1263) Annales de Burton (A.D. 1004-1263)

Edited by Henry Richards Luard

Excerpt

[More information](#)

- A.D. 1705. MLXXV. Obiit Editha regina. Rogerus<sup>1</sup> et Radulfus  
 Death of de Waer<sup>2</sup> voluerunt tradere regem Willelmum primum.  
 Queen Edith. MLXXVI. Weldeofus dux, Sywardi comitis filius,  
 p. 2. decollatus est. Iste in pugna Eboracensi plures Nor- William of  
 Execution of Wal- manorum solus obtruncaverat, unos et unos per Malmes-  
 theof. portam egredientes decapitans. bury, ii.  
 p. 427.
- MLXXX. Nimius fuit ventus in nocte Natalis Domini.
- Fire at MLXXXI. In festivitate Sanctæ Helenæ magnum  
 Winchester. incendium fuit Wintoniæ. Et ædificata est villa  
 Aug. 18. Cardiviæ, sub Willelmo primo rege.
- Death of MLXXXIII. Obiit Matildis regina.  
 Queen Matilda. MLXXXIV. Withbertus<sup>3</sup> Papa sedem accepit.  
 MLXXXV. Terdalac rex Hiberniæ obiit.
- Death of MLXXXVII. Obiit Willelmus rex Angliæ senior viii.  
 William I. idus Septembris, anno regni sui xxi., comitatus lii,  
 vitæ lix. Corpus ejus sepultum est apud Cadomense  
 cœnobium in Normannia, quod ipse ædificaverat.
- Succession of William Eodem anno Willelmus regis Willelmi filius cœpit  
 II. regnare.
- MLXXXVIII. Corpus sancti antistitis Nicolai, de  
 Mirræa civitate, in locum qui Barum dicitur ix. die  
 mensis Maii translatum est.
- Earth- MLXXXIX. Factus est terræmotus iii. id. Augusti, Ibid. p.  
 quake. unde totam Angliam tremor invasit; cernebantur<sup>504</sup>.  
 namque ædificia eminus resilire, et mox pristino modo  
 residere. Secuta est inopia fructuum, tarda maturitas  
 frugum, ita ut ad festum Sancti Andreæ vix messes  
 recondenterentur in horreis. Hoc anno obiit et Lanfrancus  
 Cantuariensis archiepiscopus, et Alanus comes Rufus.<sup>4</sup>
- Nov. 30. MLXCI. Tumultus fulgurum et motus turbinum erant.  
 Death of Denique id. Octobris apud Winchelcumbe ictus de  
 Lanfranc. cælo emissus, turrin ecclesiæ tanta vi impulit, ut ad  
 Storms and their con- MXCI. Tumultus fulgurum et motus turbinum erant.  
 sequences, at Winch- Denique id. Octobris apud Winchelcumbe ictus de  
 combe, cælo emissus, turrin ecclesiæ tanta vi impulit, ut ad  
 p. 3.

<sup>1</sup> Roger de Britolio, earl of Hereford.<sup>2</sup> Ralph de Waher or Guader, earl of Norfolk.<sup>3</sup> This is Guibert, the anti-pope, who was installed in the Lateran in this year.<sup>4</sup> Count of Brittany.

Cambridge University Press

978-1-108-04311-3 - Annales Monastici: Volume 1: Annales de Margan (A.D. 1066-1232)

Annales de Theokesberia (A.D. 1066-1263) Annales de Burton (A.D. 1004-1263)

Edited by Henry Richards Luard

Excerpt

[More information](#)

William of Malmesbury, ii. p. 505. modum grossitudinis humanæ foramen aperiretur, per A.D. 1091. quod ingressus trabem maximam adeo perculit, ut fragmina per totam spargerentur ecclesiam: quin et Crucifixi caput, cum dextra tibia et imagine Sanctæ Mariæ, dejecit; secutus est fœtor teterrimus, hominum naribus intolerabilis. Hic quoque inter se invicem venti dissidentes, quod dictu mirum est, tam vehementer xvi. kal. Novembris flare cœperunt, ut plusquam sexcentas<sup>1</sup> Londoniæ domos effregerint: in London, cumulabantur ecclesiæ cum domibus, maceriæ cum parietibus. Majus adhuc scelus ventorum furor est the church of S. Mary at Bow, ausus, nam tectum ecclesiæ Sanctæ Mariæ quæ dicitur ad Arcus, pariter sublevavit, et duos ibi homines obruit. Ferebantur per inane tigna cum trabibus, e quibus tigna quatuor sex et viginti pedes longa, cum in strata publica forte cecidissent, tanta vi in humum impacta sunt, ut vix quatuor pedes extarent; et quia nullo modo poterant erui, jussa sunt ad planitiem terræ succidi, ne impedimento essent transeuntibus.

MXCII. Apud Salesberiam, tectum turris ecclesiæ and at Salisbury. violentia fulminis omnino disjecit, quinta die postquam dedicaverat eam Osmundus episcopus. Et Remigius episcopus Lincolnæ obiit.

MXCIII. Tantæ fuerunt inundationes pluviarum, tanta tempestas imbrum, quanta nulla meminerat ætas. Hyeme vero succedente ita fluvii sunt congelati, ut pervii equitantibus, et plaustra ducentibus essent. Eodem anno Anselmus ad archiepiscopatum Cantuariæ electus est, et Robertus<sup>2</sup> ad episcopatum Lincolnæ, et monachi episcopatus Wintoniæ novum intravere cœnobium, vi. kal. Aprilis. Eodem quoque anno translata sunt corpora sanctorum Swithuni et Ethelwoldi episcoporum ad præfatum cœnobium, et id. Novembris Anselm archbishop of Canterbury. Death of Malcolm III., king of Scotland, and queen Margaret.

<sup>1</sup> *sexcentas*] MS. *sexcentos*. | <sup>2</sup> Robert Bloet.

Cambridge University Press

978-1-108-04311-3 - Annales Monastici: Volume 1: Annales de Margan (A.D. 1066-1232)

Annales de Theokesberia (A.D. 1066-1263) Annales de Burton (A.D. 1004-1263)

Edited by Henry Richards Luard

Excerpt

[More information](#)

- A.D. 1093. occisus est Malcolmus rex Scotiæ: et mense eodem obiit Margareta regina.
- p. 4. **MXCIV.** Propter tributa quæ rex Rufus, in Nor- William o  
 mannia positus, Anglis indixerat, agricultura defecerat, Malmes-  
 quam e vestigio fames est subsecuta, famemque mor- bury, ii.  
 talitas hominum adeo crebra, ut deesset morituris p. 506.
- Famine.** cura, mortuis sepultura. Tunc etiam Walenses in Nor-  
 mannos efferati, Cestrensem pagum, partemque Scropes-  
 biriæ vastaverunt; Angleseiam armis obtinuerunt.
- Invasion of the Welsh.** **MXCV.** Commotio fuit stellarum, et obiit Wlstanus  
 Wigorniensis episcopus.
- Crusade under Urban II.** **MXCVI.** Moritur Willelmus episcopus Dunelmensis,  
 et hic<sup>1</sup> commotio hominum. Eodem anno Urbanus Papa  
 concilium tenuit, et iter Hierosolymitanæ expeditionis  
 prædicavit.
- A comet.** **MXCVII.** Sexto non. Octobris stella cometes apparuit  
 xv. diebus, majorem crinem emittens ad Orientem,  
 minorem versus Euro-austrum. Apparuerunt et aliæ  
 stellæ, quasi jacula inter se emittentes. Ille fuit  
 annus quo beatus Anselmus, tempore regis Willelmi  
 secundi, Romam primo perrexit, præsidente tunc sedi  
 Apostolicæ Papa Urbano.
- Anselm goes to Rome.** **MXCVIII.** Rex Noricorum nomine Magnus, cum  
 Haraldo filio Haraldī quondam regis Angliæ, Orcades  
 insulas, et Mevanias,<sup>2</sup> aliasque in Oceano positas armis  
 cepit, jamque per Angleseyam ad Angliam properabat.  
 Sed occurrerunt ei comites Angliæ duo, Hugo<sup>3</sup> scilicet  
 Cestrensis, et Hugo Scropesbiriensis,<sup>4</sup> et armis eum  
 expulerunt. Corruit ibi Hugo Scropesbiriensis, eminus  
 hasta perfossus. Et Antiochia a Christianis capta est,  
 et in nocte Sanctorum Cosmæ et Damiani claritas de  
 caelo refulsit coruscans ut dies.
- September 27.** **MXCIX.** Fluctus marinus per Tamesim flumen ascen-  
 dens, villas multas cum hominibus mersit. Eodem

<sup>1</sup> *hic*] so MS. Gale reads *fit*.<sup>2</sup> Man and Anglesey.<sup>3</sup> Hugh of Avranches.<sup>4</sup> Hugh de Montgomery.

Cambridge University Press

978-1-108-04311-3 - Annales Monastici: Volume 1: Annales de Margan (A.D. 1066-1232)

Annales de Theokesberia (A.D. 1066-1263) Annales de Burton (A.D. 1004-1263)

Edited by Henry Richards Luard

Excerpt

[More information](#)

## ANNALES DE MARGAN.

7

William of Malmesbury, ii. p. 506. of anno Jerusalem a Christianis capta est, idus Julii. Et A.D. 1099. Papa Urbanus obiit, cui successit Papa Pascalius. Pope Paschal II.

MC. Multa contigerunt adversa: illud vero maxime horrendum extiterat, quod visibiliter diabolus hominibus apparuit in saltibus et deviis, transeuntes allocutus. Præterea in pago Berkeschire in villa Hamtestede, continuis xv. diebus fons sanguinem tam ubertim manavit, ut vicinum vadum inficeret. Hoc etiam anno interfectus est Rex Angliæ Willelmus junior, rex Rufus vulgo vocatus, non. Augusti, anno regni sui xiii. cum esset annorum plus xl. Sepultus est Wintoniæ. Suscepit autem regnum Angliæ post Willelmum frater ejus Henricus, filiamque Malcolm regis Scotiæ accepit uxorem, et Radulfum<sup>1</sup> episcopum Dunelmensem mittere fecit in compedibus. Eodem anno beatus Anselmus archiepiscopus, qui in transmarinis exulaverat violentia regis Willelmi, ad sedem suam est reversus. Et Thomas archiepiscopus Eboracensis obiit.

Death of William II. p. 5.

Succession of Henry I.

Restoration of Anselm.

MCI. Radulfus episcopus Dunelmensis, de custodia egressus est quarto nonas Februarii, qui fugiens in Normanniam congregavit exercitum cum auxilio Roberti comitis, et in Angliam duxit xiv. kal. Augusti: quo exercitu Hanteschire valde prædata est. Hic etiam ignem sacratum Jerosolymæ contigit solito plus tardare, qui solebat annis singulis vigiliam Paschæ illustrare.

Invasion of Robert of Normandy.

MCII. Wintonia combusta est xvi. kal. Junii, et xiii. kal. Junii arsit Glocestria cum monasterio: et concilium magnum celebratum est apud Londoniam, v. kal. Octobris, duobus diebus, in quo depositi sunt quamplurimi abbates. Et Robertus comes de Belesmo ab Anglia expulsus est, cum fratre suo Arnulfo. Et Rogerus cancellarius ad episcopatum Salesbiriae electus est.

Fires at Winchester and Gloucester. Council at London.

<sup>1</sup> Ralph Flambard.

Cambridge University Press

978-1-108-04311-3 - Annales Monastici: Volume 1: Annales de Margan (A.D. 1066-1232)

Annales de Theokesberia (A.D. 1066-1263) Annales de Burton (A.D. 1004-1263)

Edited by Henry Richards Luard

Excerpt

[More information](#)

- A.D. 1103. **MCIII.** Sanctus Anselmus Cantuariensis archiepi-  
 scopus ad maximam instantiam regis Henrici primi,  
 secundo ivit Romam ad impetrandum a sede Aposto-  
 lica confirmationem regiarum consuetudinum, quas  
 vocant avitas leges, et regias libertates; sed impe-  
 trare non potuit; nec debuit, nec etiam voluit propter  
 suam conscientiam. Quocunque enim nomine appel-  
 lentur, nihil aliud sunt quam tyrannicæ abusiones, et  
 diabolicæ adinventiones ad subvertendam ecclesias-  
 ticam libertatem. Hæ fuerunt causæ discordiæ inter  
 regem Rufum et beatum Anselmum, et exilii ejusdem;  
 fuerant et causa discordiæ inter eum et regem Henri-  
 cum primum, fuerant etiam causa discordiæ inter regem  
 Henricum secundum et beatum Thomam Cantuariensem  
 archiepiscopum, et septennis fere exilii, et multorum  
 aliorum malorum, et tandem martyrii ejusdem sancti  
 sicut legitur in vita ipsius.
- Mock suns.** **MCIV.** Apparuit tale signum ) ☉ ( ( ab hora sexta  
 usque ad horam nonam vii. idus Junii in hebdomada  
 Pentecostes, multis intuentibus et mirantibus qui tunc  
 erant in curia regis Henrici primi apud Londoniam.  
 Luna fuit eadem die decima. Eodem anno obiit Her-  
 uualdus Landavensis episcopus centum annorum senex,  
 eique successit Urbanus ab Anselmo Cantuariensi  
 metropolitano consecratus, cum quo et alii duo epi-  
 scopi sunt consecrati, scilicet Rogerus episcopus Sales-  
 buriæ et Willelmus Giffardus episcopus Wintoniæ.
- MCV.** Kalendas Martii Henricus rex perrexit in  
 Normanniam, ibique demoratus est usque ad Pascha  
 pacifice, postea veniente festivitate sancti Johannis  
 ante portam Latinam, die Dominico venit mane cum  
 exercitu suo ad civitatem Baiocensem, eamque com-  
 bussit, et ecclesias et plurimam hominum partem  
 occidit; in sexta vero feria tradiderunt se populi illius  
 civitatis suo dominatui atque ipsam civitatem. Post  
 hæc, vi. kal. Septembris, in festivitate sancti Rufi  
 martyris, reversus est in Angliam. Facta est et eodem
- A.D. 1103. **Second visit of Anselm to Rome.**
- P. 6.
- May 6. **Bayeux burnt by Henry I.**
- Aug. 27.



Cambridge University Press

978-1-108-04311-3 - Annales Monastici: Volume 1: Annales de Margan (A.D. 1066-1232)

Annales de Theokesberia (A.D. 1066-1263) Annales de Burton (A.D. 1004-1263)

Edited by Henry Richards Luard

Excerpt

[More information](#)

anno nimia inundatio fluctuum viii. kal. Februarii. A.D. 1106.  
Nix quoque magna anno hoc cecidit.

MCVI. Stella quæ cometa vocatur apparuit xiv. kal. A comet.  
Martii, in diebus regis Henrici primi Anglorum, in  
eadem nocte quæ tunc præcessit diem Veneris in  
parte dextra Zephyri qui Affricus nominatur, id est  
inter meridiem et occidentem, quæ nimis obscura et p. 7.  
parva intuentibus esse videbatur; sed tamen coma ejus,  
id est radius, nimis longa et magna habebatur; luna  
erat eodem die undecima; et xxiv. diebus perduravit.

MCVII. Ordinatio Rogeri episcopi Sarisbiriæ. Hen-  
ricus Normanniam accepit, et Robertus filius Hamonis  
obiit.

MCVIII. Girardus Eboracensis ecclesiæ archiepiscopus  
moritur, et præsul Gundulfus.<sup>1</sup>

MCIX. Obit piæ memoriæ Anselmus archiepiscopus Death of  
Anselm.  
Cantuariensis.

MCX. [Obiit papa Honorius xvi. kal. Martii; et in  
crastino, id est xv. kal. ejusdem, electus est Gregorius  
cardinalis Sancti Angeli in Apostolatum, qui et Inno-  
centius vocatus est.]<sup>2</sup>

MCXI. Obit Robertus decanus Salesbiriensis.

MCXII. Obit Sampson Wigorniensis episcopus.

MCXIII. Rex Anglia Henricus, collecto immenso Invasion of  
Wales by  
Henry I.  
exercitu ex diversis Britanniae partibus, ad Walliam  
properavit, ut contra Griffinum Gwinedotum regem et  
Owein Powisorum regulum pugnaret.

MCXIV. Wilfredus Menevensis episcopus moritur,  
cui successit Bernardus. In Hibernia autem fames Famine in  
Ireland.  
indigenas adeo vehementer afflixit ut ubique per  
regiones dispersæ, atque ex maxima parte deletæ sint.  
In Anglia vero duo archiepiscopi efficiuntur, Cantua-  
riensis<sup>3</sup> et Eboracensis<sup>4</sup>; et Tamisia exsiccata est vi.  
idus Octobris.

<sup>1</sup> Bishop of Rochester.

<sup>2</sup> Introduced incorrectly from the  
year 1130.

<sup>3</sup> Ralph of Escures.

<sup>4</sup> Thurstan.

Cambridge University Press

978-1-108-04311-3 - Annales Monastici: Volume 1: Annales de Margan (A.D. 1066-1232)

Annales de Theokesberia (A.D. 1066-1263) Annales de Burton (A.D. 1004-1263)

Edited by Henry Richards Luard

Excerpt

[More information](#)

A.D. 1115.

Quarrel  
between  
Henry I.  
and Louis  
VI. of  
France.

MCXV. Henricus rex Angliæ transfretavit, et discordia commota est inter illum et Lodovicum regem Francorum. Cometa apparuit.

MCXVI. Filius regis Henrici juratur ab omnibus hæres patris fieri; et Robertus<sup>1</sup> Cestrensis episcopus moritur.

MCXVII. Obit Mauricius Londoniæ episcopus, et Faricius abbas Abendonæ.

Death of  
pope Pas-  
chal II.,  
king  
Baldwin I.,  
Queen Ma-  
tilda, &c.

MCXVIII. Obit Papa Pascalis, et Baldewinus rex Jerusalem, et Matildis regina Angliæ, et Robertus comes de Belesme kal. Maii, et Girardus Eboracensis archiepiscopus, cui successit Thomas.

p. 8.  
Marriage  
of prince  
William,  
to Alice,  
daughter  
of Fulk of  
Anjou.

MCXIX. Terræmotus fuit in Anglia in festivitate Sancti Michaelis, et filius regis accepit in conjugem filiam comitis Andegavensis, et obiit comes Henricus de Warewic, et Herbertus<sup>2</sup> episcopus de Norwiz, et abbas<sup>3</sup> Sancti Albani.

Shipwreck  
and death  
of prince  
William  
and his  
brothers  
and sisters.

MCXX. Filius regis Henrici Willelmus nomine periculo maris periit apud Barbefleot, et cum eo omnes qui in eadem navi fuerunt, scilicet fratres ejus atque sorores, liberi præfati regis, et quidam comites, et multi nobiles alii ad numerum centum xl. virorum et mulierum, vii. kal. Decembris, nec corpora eorum inventa sunt.

Fire at  
Gloucester.

MCXXI. Glocestriæ civitatis maxima pars cum abbatia Sancti Petri quæ in ea est, iterum igne consumpta est vii. idus Martii. Et Papa Calixtus cepit Gregorium antepapam.

Junction  
of the ab-  
beys of  
Sher-  
bourne and  
Horton.

MCXXII. Scirburna et Hortun juncta sunt in unam abbatiam concessione regis Henrici et Rogeri episcopi Salesbiriæ; et terræmotus fuit media nocte viii. kal. Augusti. Hoc etiam anno Radulfus archiepiscopus Cantuariensis obiit ante Natale Domini. Et Robertus Lincolnæ episcopus infra ipsum Natale coram rege subita morte defungitur. Quibus defunctis rex ele-

<sup>1</sup> Robert de Limesey.

<sup>2</sup> Herbert Losinga.

<sup>3</sup> Richard de Albini.